



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

II. De Iure Divino, Consuetudine, & Constitutionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE JURE CANONICO.
TITULUS PRIMUS.

Dividitur in tres partes. In prima ponit, unde dicatur Jus Canonicum.
In secunda, quid sit. In tertia, ex quibus constet.
Partes patent. h. d.

IURI Canonico daturum operam nosse oportet, unde talis denominatio defcendat. Et quidem Jus, generale est nomen. Canonicum vero, dicitur à verbo Græco *Kanon*, à quod Latine idem significat, quod regula: unde Jus Canonicum, Jus regulare non male dixeris: quam denominationem ex eo accepit, quod ex regulis prætorum Patrum ad rectum vivendi normam instituit deductum fuerit. Est igitur Jus Canonicum, quod civium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Constat vero in primis id Jus, divina legis præceptis, consuetudine, & constitutionibus: quæ singula qualia sint, diligentius discipiamus.

DE JURE DIVINO, CONSVETVDINE ET CONSTITUTIONIBUS.
TITVLVS II.

De divinum est, quod continetur in Lege & Evangelio, & est immutabile h. d.

De divinum est, quod in Lege continetur & Evangelio, & quæ immutabile semper permanet. Sunt enim Legis & Evangelii præcepta, aut moralia, aut mystica. Moralia præcepta nullam omnino mutabilitatem recipere possunt: Mystica vero, etiam quantum ad interpretationem mutata videantur, secundum moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepisse comprobantur.

Quæ sit consuetudo, & unde duxerit originem, & quam vim habeat h. d.

De consuetudinis, post naturalem legem sumpsit exordium, ex quo homines in unum convenientes coeperunt simul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain civitatem edificasse legitur. Est autem consuetudo, & Jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur: in his enim rebus, in quibus nihil certi divina statuit scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatorum divinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coecendi.

Præca consuetudo non legit.
Hæc tamen de ea consuetudine intelligere oportet, quæ neque divino Juri, neque Canonicis contradicit: nullatenus: si quid autem contra fidem Catholicam usurpare dignoscitur, non tam consuetudo, quam vetustas erroris est appellanda.

Quæ sit constitutio, & quæ sit lex: & quæ sit honoranda, licet ipsi Ecclesia non legatur.

De constitutionibus, & quæ sit lex: & quæ sit honoranda, licet ipsi Ecclesia non legatur.

Constitutio a est lex scripta. Constitutionum autem b alia Civiles, alia Ecclesiastica. Civiles sunt, quas Princeps, aut Magistratus, aut populi sibi metipsis faciunt: quæ quidem, si Evangelicis, atque canonicis decretis non sint contrariæ, sunt omni reverentia dignæ, atque eis Ecclesia sæpe contra d hæreticos, contra Tyrannos, & quoscunque prævios utitur: alioquin nullius sunt momenti, quod ulque adeo obtinet, ut etiam si quid in eis statutum fuerit, quod Ecclesiarum respiciat commodum, nullius firmitatis existat, nisi ab Ecclesia fuerit comprobatum. Sed nos ad Ecclesiasticas constitutiones stylium veritatis, earum originem, species, & auctoritatem breviter referentes.

DE ECCLESIASTICIS CONSTITUTIONIBUS.
TITVLVS III.

Canones quibus constent, & quæ sit lex: & quæ sit honoranda, licet ipsi Ecclesia non legatur.

Anonum e quidem alii sunt statuta Conciliorum, alii decreta Pontificum, aut dicta sanctorum. Conciliorum vero alia sunt universalia, alia provincialia, alia vero Episcopalia. Universalia sunt, quæ sancti Patres ex universo orbe f in unum convenientes, iuxta fidem Evangelicam & Apostolicam condiderunt.

Initium universalium Conciliorum celebrandum post Apostolos caput temporibus Constantinis: & ipsorum celebrandum est apud sedem Apostolicam auctoritas.

Quorundam g celebrandum initium post sanctissimos Apostolos à temporibus Constantinis magni coepit. ipse enim primus, cum fervente persecutione docendiarum plebium commoditas minime daretur, Christianis, ut libere congregarentur, facultatem præstitit. Legitima h vero Conciliorum universalium aggregandorum potestas, & auctoritas est penes sedem Apostolicam: quæ i, si Romanus Pontifex interese impediatur, unum vel plures speciales ad hoc legatos constituit solet.

Quatuor sunt principalia Concilia: Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense.

Inter k cetera autem concilia quatuor sunt, quæ totam principaliter Christianam fidem complectuntur, quæ quatuor Evangelia: Nicaenum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense. in quibus velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura, confurgit.

Inter discordantia concilia præponitur sententia ejus quod est majoris auctoritatis.

a Canon, constituto. x. dist. 2. b 3. dist. in sum. c gl. p. canon. cum ad veram. g. dist. d canon. i. in fin. & can. sequi. dist. 10. e can. 2. h. per. dist. 3. f can. i. in prin. vers. sub hoc. dist. 35. g can. i. in prin. dist. 35. h dist. 37. in sum. in fin. & can. i. & seq. d. dist. i. quib. for. i. k can. i. s. inter cetera. & can. seq. dist. 35.